0i
634

A 5761.

189276

St. 6830

# Computus nouus

et eccleſiaſticus. totius fere Aſtro-
nomie fundamentū pulcher-
rimū ꝯtinens. Clericis nō
minus vtilis q̄ neceſſa-
rius: cum addictioni
bus quibuſdam
nouiter ap-
preſſis.



Joannes Weyſſenburger Im-
preſſit. Landßhut.

12.
Ex Biblioth. Regia Berolinensi.
109276




BIBLIOTEKA
UMCS
LUBLIN

¶ Litteram dominicalē ad annū propoſitum ſcire ſi cupis. In litte-
ra b. rotule exterioris circa crucem poſita 1513. numerare/ ꝓ annis
futuris dextrorſum: et preteritis ſiniſtroſum incipe: tunc tibi in loco
anni tui propoſiti littera dominicalis occurret. Si vero due littere ti
bi occurrerint: annus talis erit biſextilis. Cuius littera prime rotule/
ad feſtum Matthie apoſtoli / Alia autem littera ſecunde Rotule in
ſequenti parti anni pro littera dominicali computabit. Sic parifor
miter aureū numerū anni propoſiti in tercia rotula in numero. 13.
prope lineam crucis. 1513. numerando/ inuenies/ et aureus nume-
rus in loco quo tuus numerus propoſitus reperiet anni ꝓpoſiti ti
bi occurret/ Conſequēter in quarta rotula interiori inditionem Ro
manaꝫ anni ꝓpoſiti/ eodē modo inuenies: vt ſupra de alijs dictū eſt
Et finita rotula aliq̄ numerādo reincipiat/ quoniā ꝑpetuo durabit.

# Prefatio.

QVia optimorum philoſophorum ſententia
eſt. Tempus eſſe optimū: quippe cuius iactura grauiſ
ſima ſit irreparabilis. Videnť illi ſue vite cōprimis cō
ſulere: qui eius diſcerniculo/qđ quaqꝫ vite ꝑte agāt: ob
ſeruare et ſigillatim digerere cōſueuere. Id vero quāqꝫ in om̄i viuen
di genere laude dignū eſt. Plurimū tñ illis ⁊ ornamēti ⁊ emolumenti
addit/quibꝰ ipa tpoꝝ digeſtio plꝰ neceſſaria eſt. Sacerdotibꝰ dico:
rerū ſpiritualiū ⁊ oīno eccľie orthodoxe mgřis. Chriſti vicarijs: q vti
nam ⁊ tempoꝝ diſtributionē: ⁊ feſtoꝝ ordinationē eccľie noſtre ꝯſue
tam ⁊ approbatā vituperabili ſegnicie ſemota: diligentiꝰ ediſcerent: ⁊
rerū taliū autores ac reformatores Mathematicos diligētiꝰ colerēt
ac obſeruarēt: quibus eccleſie ſplēdor et cōcordia/ea in re nō parum
debere videť. Deinde artes hm̄oi: quas fere ſolēt exibilare: ⁊ religioni
diſſonas exiſtimare ſcioli: ⁊ hipocrite: tanto ardētius appeterēt: quā
to ceteris ſunt iucūdiores/⁊ precibꝰ ſuis oratioībuſqꝫ moderādis fe
ſtiſqꝫ mutādis: vt annoꝝ curiculo vario ꝯtigit: plus neceſſarias. Cū
em̄ ſit tempꝰ meſura motꝰ ſe extendens/⁊ in ea que preteriere/⁊ in ea
que futura ſunt: vt Phiſici ſentiūt. Quis obſecro ſacrificulꝰ preſbiter
ſe tpa poſſe recte obſeruare iactet: Cui earū reꝝ ars ⁊ ſupputādi ratō
ignota eſt: ⁊ deſidia quadā nauſeāte reiecta. Errāt hij: ⁊ a vero tantū
abſunt: quantū Hypanis Veneto diſſidet Eridano: Qui motuū et
magnitudinū diſciplinā/que Mathematice appellať religioni noſtre
nihil vel parū cōmodare: perperā autumāt. Cum ſit a primis illis or
dinis noſtri patribus: tempoꝝ ꝑ annū varietas ⁊ natura: in feſtis di
ſpertiēdis ſummopꝑe diſquiſita: et ob id ad Solis precipue motū / qꝫ
proxime fieri potuit applicata. Quāobrem cū ea res ꝑ tot retro ſecľa
nō nihil immutata ſit: ⁊ primarie inſtitutioni diſſona/ Vocatus erat
ſupioribus annis Joānes de Monteregio Vienna/a Sanctiſſimo
dño noſtro Sixto iiij: ꝓ Calēdario reformādo: quod dubio ꝓcul ꝑ
ſui ingenij ꝑſpicatia incredibili preſtitiſſet: ni fato interceptus diē ob
ijſſet immature. Reſipiſcēt igiť delirātes et erroꝝ conſcij animū inſti
tuēt in melius: Lecturi vel hoc exile ⁊ rudimētariū opuſculū/qđ intel
lexiſſe (ſi maiora eos abſterreāt) ſatiſ erit: ſupqꝫ. Quo hec fere cōtinen
tur. De aurea nūero: de Ciclo Inditiōis/ de Ciclo ſolari Littera dñi
cali: Interuallo: Cōcurrētibus: Feſtis mobilibꝰ: Forma celi ⁊ ordine
ſpherarū. De quattuor elemētis: Situ ⁊ motu firmamenti/⁊ pleriſqꝫ
alijs plane neceſſarijs. que dū intellecta fuerint: iam tandem ſe quiſqꝫ
fateať ſcire qđ ſacerdoti et religiōis ſtudioſo ſit oīm maxīe neceſſarium

A ij

## Capitulū primū de Aureo numero.

Mille quadrigenos ab anno deme ſalutis
Bis vnum cum annis octuagintaque iunges
Numerum aureum reſidens ciclum edocet
Decem et nouem ſuꝑ hos cum excreuerint anni:
Hos totiens abijce: reliquum pro ciclo teneto.

¶ Pro declaratione huius: ſubtrahe mille: quadringentos et octuagintaunū annos: ab anno tibi ꝓpoſito: ⁊ quis numer⁹ ſuꝑfuerit aureum oſtendit tibi numerū. ⁊c. Vel ſic. Annos ꝑtranſeas dictos ſilē-tio: ⁊ numerare incipias Octuagintaduo Octuagītatria ⁊c: in digitorum iūcturis vſqꝫ ad ꝓpoſitū tibi annū/ ⁊ quot vnitates ex tali numeratione ꝓuenerint/ aureū numerū/ ſiue ciclū ſolarē tibi demōſtrabunt. Circa qd̄ vnū nota. Cū ſupradictos annos vltra decē ⁊ nouē alij excreuerint. depone decē ⁊ nouē quotiēs poteris: ⁊ illud qd̄ vltra reſiduū fuerit/ aureū tibi Ciclū indicabit. Et ideo deponunꝛ decenouem: quia ciclus lunaris vltra. 19. annos ſe nō extendēt. ¶ Faciliori aūt mō aureū numerū taliter inuenies. Adde annis chriſti vnū agregatūqꝫ totū ꝑ. 19. diuidas/ ⁊ quicqd reſtiterit ꝓ aureo nūero teneas.

## Capitulū ſcd̄m de Ciclo inditionis.

Ciclum qui cupis ſcire inditionis.
Mille quadrin octuaginduos et deme annos
Reſiduus numerus ciclus erit inditionis.
Cum exceſſerint quind/ tollas/ reliquum retinendo.

¶ Declaratio. Subtrahe ab anno tibi ꝓpoſito/ mille quadringētos octuagintaduos: ⁊ numerus remanēs tibi ciclū oſtendet inditionis Vel alio modo. Hos annos obmitte/ ⁊ incipe numerare octuagintatria octuagintaquattuor ⁊c. in digitoꝝ iūcturis vſqꝫ ad annū tibi ꝓpoſitū/ ⁊ quot vnitates ad annū ꝓpoſitū numeraueris/ tot ſunt cicli inditionis. Et cū talis numer⁹ vltra quidecim vnitates excreſcentiam petierit: quindecim etiā abijce/ totiēs quotiēs poteris/ reſiduū erit ciclus inditiōis: qꝛ iſte ciclus in tot annis videlicet. 15. vice altera

renouatur. ¶ Facilius ſic. Adde annis Chriſti. 3. et totū agregatū p. 15. diuidas: et quicquid reſtiterit pro ciclo inditionis habeto.

# Capitulum terciū De ciclo Solari.

Mille tollas: quadrin/quinqꝫ ſeptuaginta
Quicquid ſuperfuerit Solis ciclum teneto:
Viginocto ſi numerando ſic ſuperabis
Tolle quaterſeptem: tene et quod accidit vltra.

¶ Declaratio. Subtrahe ab anno tibi ꝓpoſito. 1475. annos/ ⁊ qđ remāſerit poſt ſubtractionē talē: eſt ciclus Solaris. Vel ſic Nullam agas numeratione cū annis prenotatis: ſed ſimpliciter in digitoꝝ iū cturis numera. 77. deinde. 78. ⁊c. vſqꝫ ad ꝓpoſitū annū/ ⁊ quot vnitates excreuerint ciclum Solarē tibi indicabūt. Et ſi ex tali extractiōe vltra. 28. ſupauerint: has. ſ. 28. vnitates quoties poteris abijce. ⁊ reliquū ꝓ ciclo Solari teneto. ¶ Vel aliter. Adde annis chriſti 9. ⁊ ꝓductū p. 28. diuidito: ⁊ quicqđ ſupfuerit cicl⁹ ſolaris erit āni ꝓpoſiti

# Ca. iiij. de lr̄a dn̄icali ⁊ anno Biſextili

Vnum prebet g f: duo e: tria d: quattuor c.
Quinqꝫ dat b a: ſex g: ſeptem f: octo autem e.
Nouem dat d c: decem b: vno a: g: duodecim
Tredecim f e: quattuordecim d: quind c: ſedecim b.
Septemdecim a g: octdecem f: nodecem e: d quoqꝫ vigint:
Vigintunum c b: vigintduo a. vigintria g: vigintquattuor f.
Vigintquin e d: vigintſex c: vigintſeptem b: vigintocto a.

¶ Declaratio quicunqꝫ ſciueris ciclū ſolarē: de facili litteram dn̄icalem inuenies/ iuxta metra preſcripta: quia quodlibet metrū circa ei⁹ initiū biſextilē annū notat. Prima em̄ littera ad feſtū Mathie durat altera totū annū reuoluit Notat ergo clare in metris numerus/ que littera ſub eo ordinatꝛ. Nam g f. ſub vno: e. ſub duo: d. ſub tria: vt patet inſpicienti. ¶ Item textus preſcriptus p ſequentē ſcalam clare reſoluitꝛ/ ſemp em̄ in ea litterā dn̄icalē ſub numero cicli Solaris repe

ries. Ad due littere ſub vno numero reperte: annū biſextilem notāt/ primaq3 littera vim habebit vſq3 ad feſtū Mathiee: reliqua in finem anni. Inſup in tali anno biſextili littera f. die Matthie apoſtoli duplicatur: feſtūq3 ipm apoſtoli vel priori vel poſteriori die celebrabit/ prout dioceſis aliqua obſeruare conſueuit.

| | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ci.ſo. | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 |
| Li.do | g | e | d | c | b | g | f | e | d | b | a | g | f | d |
| Biſex. | f | | | | a | | | | c | | | | e | |
| Ci.ſo. | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 25 | 26 | 27 | 28 |
| Li.do. | c | b | a | f | e | d | c | a | g | f | e | c | b | a |
| Biſex. | | | g | | | | b | | | | d | | | |

¶ Diuidit̄q3 etiā Ann⁹ in Cōmunē et Embolismalē. Nā cōmunis duodecim ꝯtinet lunatiōes. Embolismalis vero q3. Nulli em̄ menſis attributa ⁊ appriata. Imponit̄ aūt Anno aurei numeri iuxta metrū

2 5 10 8 13 16 18

Bonus erat katho/homo/nobilis/quolibet ſano

Quia quota prima littera cuiuſlibet dictiōis in alphabeto fuerit Aureumq3 numerum denotans/Embolismalem repreſentat annum.

# Capitulum quintum de Interuallo

1 2 3 4 5
Elephas a terra feſtinat bubulus extra
6 7 8 9 10
Clericus facere decipitur gaudijs crebre
11 12 13 14 15
Articulum degener gamam excellit adulter
16 17 18 19
Doceo barbatum egomet conſidero nullum
Littere interuallum notant ebdomadarum
Si feria preceſſerit primam litteram verbi
Vna ſeptimanis ſuperadditur dictis
Cum poſtcedit littera ſis contentus in illis
Aut ipſa cum fuerit numerum haud variabis

¶ Declaratio. Sicut aureus numerus extendit ſe ad 19. ita et in his metris. 19. notantur dictiões. et vna queuis aureo numero accõmodatur. Prima videlicet Elephas vnitati. Scđa videlicet A terra dualitati rc. Preſcito igitur aureo numero: aſpiciatur dictio ſibi correſpondens: quia quot talis litteras habuerit: tot ſeptimanas figurat interualli. Et hoc verũ eſt ſi prima littera eiuſdẽ dictionis/ littera dñicalis fuerit. aut vna ex his litteris que eandem ſequũtur in ordine feriarum/ Si aũt vna ex precedẽtibus fuerit. tũc predictis ſeptimanis vna hebdomoda cõnumeret. Gracia exempli: ſi vnũ fuerit aureꝰ numerꝰ/ Elephas ſibi correſpõdet: et ipa dictio. 7. in ſe litteras cõtinet: q 7. hebdomodas interualli manifeſtat. et hoc ſi e. que eſt prima littera eiuſdẽ dictionis: vel. f g. que ſunt ſequentes: littera dñicalis fuerit: Si aũt. a. b. c. vel d. que ſunt precedentes eam: littera dñicalis fuerit: tunc dictis ſeptimanis vnam coadiunges. Et ſic octo erunt ſeptimane.

# Capitulũ ſextum de Cõcurrentibus

B/ vnum. c. duas. d. tres dat concurrentes

E/ quattuor. f. quinqꝫ. g. ſex. a. inſuper nihil

In biſextili concurrentes prima notantur

Secunda hebdomodas interualli figurat.

¶ Declaratio. Quia interuallũ duorũ annoꝝ pars eſt: ſumẽs tamẽ nomẽ a poſteriori/ quoniã a fine ſingula ſunt denominãda . rc. Sũt etiã et due eius partes/ videlicet cõcurrentes et ſeptimane. Cõcurrentes quidẽ ſunt dies ſupflui vltra ſeptimanas: et ſunt anni precedẽtis ſcilicet dies a natali ſaluatoris vſqꝫ ad dñicam primam que ſequitur Et ſi a. littera dominicalis fuerit: concurrens dies nullus celebratur ſed integre ſeptimane. Si b. dies vnus . c. duo rc. Ebdomade autẽ alia pars ſunt: ſcilicet precedentis et ſequentis anni: hoc eſt / a dñica que ſequitur natiuitatẽ domini vſqꝫ ad dominicã Eſto mihi. In anno autem biſextili duplex eſt modus querẽdi interuallum: per primã enim litteram dominicalem concurrentes: per ſecundam vero ſeptimane intelligantur .

# Subſequens tabula pro Interuallo commodiſſime adiuncta eſt.

¶ Tabula ſequens ꝓ laycorum interuallo annexa eſt.

| An.nu. | 0 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 Cōcur. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | A | b | c | d | e | f | g Lit.do. |
| 1 | 8 | 8 | 8 | 8 | 7 | 7 | 7 |
| 2 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 |
| 3 | 9 | 9 | 9 | 9 | 9 | 8 | 8 |
| 4 | 8 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 |
| 5 | 6 | 6 | 6 | 6 | 5 | 5 | 5 |
| 6 | 9 | 9 | 8 | 8 | 8 | 8 | 8 |
| 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 6 | 6 |
| 8 | 10 | 10 | 10 | 9 | 9 | 9 | 9 |
| 9 | 8 | 8 | 8 | 8 | 8 | 8 | 7 |
| 10 | 7 | 7 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 |
| 11 | 9 | 9 | 9 | 9 | 9 | 9 | 9 |
| 12 | 8 | 8 | 8 | 7 | 7 | 7 | 7 |
| 13 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 5 |
| 14 | 9 | 9 | 9 | 9 | 8 | 8 | 8 |
| 15 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 |
| 16 | 6 | 6 | 6 | 5 | 5 | 5 | 5 |
| 17 | 9 | 8 | 8 | 8 | 8 | 8 | 8 |
| 13 | 7 | 7 | 7 | 7 | 6 | 6 | 6 |
| 19 | 10 | 10 | 9 | 9 | 9 | 9 | 9 |

Hebdomade Interualli.

| Aureus nu. / Lra do. | A | b | c | d | e | f | g |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 18 | 19 | 20 | 21 | 25 | 16 | 17 |
| 2 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
| 3 | 25 | 26 | 27 | 28 | 29 | 23 | 24 |
| 4 | 18 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 |
| 5 | 4 | 5 | 6 | 7 | 1 | 2 | 3 |
| 6 | 25 | 26 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 |
| 7 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 9 | 10 |
| 8 | 32 | 33 | 34 | 28 | 29 | 30 | 31 |
| 9 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 17 |
| 10 | 11 | 12 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
| 11 | 25 | 26 | 27 | 38 | 29 | 30 | 31 |
| 12 | 18 | 19 | 20 | 14 | 15 | 16 | 17 |
| 13 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 3 |
| 14 | 25 | 26 | 27 | 28 | 22 | 23 | 24 |
| 15 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 |
| 16 | 4 | 5 | 6 | 0 | 1 | 2 | 3 |
| 17 | 25 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 |
| 18 | 11 | 12 | 13 | 14 | 8 | 9 | 10 |
| 19 | 32 | 33 | 27 | 28 | 29 | 30 | 31 |

Dies Interualli.

¶ Interuallum laycorum A purificationis feſto ſcz· vſqȝ Carniſpriuium ita requiratur. Littera enim dominicalis vna cum aureo numero anno propoſito currente in concurſu repertus dies oſtendet illos. Excepto anno biſextili vbi addenda eſt dies vna/per ſecūdamqȝ litteram dominicalem inueſtigetur:

## Ca. ſeptimū de feſtis quiqꝫ mobilibꝰ

En ex ſeptimanis interualli demas duas
Sic dominica fiet ſeptuageſima nota.
Adiunges bis vnam ſi quadrageſimam optas
Sex quadrageſime cum paſca petit celebrari
Septimam : ex azimo quinta rogatio currit
His demum binas adde ſpiritum cole ſanctum .

¶ Declaratio. Cū tu feſta mobilia quinqꝫ ſcꝫ. Septuageſimā Quadrageſimā. Paſca. Rogatiōes: atqꝫ Penthecoſtē inuenire cupis: preſuppoſito numero primo ſeptimanarū interualli: ab his duas deme ebdomadas/ ⁊ ipa dñica tibi Septuageſimā mōſtrabit/ Si aūt quadrageſimā queſieris: ſeptimanis interualli vnā adiūge. A quadrageſima vſqꝫ ad ſanctū paſca ebdomade ſex. A feſto paſchatis ad dñicā Rogationū ſeptimane quīqꝫ. A feſto paſchatis ad feſtū Aſceſionis dñi dies. 40. vtroqꝫ feſto incluſo. Ad Pēthecoſtē vero a feſto paſchatis dies. 50. vtroqꝫ pariter feſto incluſo ⁊ id nomē ipm Penthecoſte teſtari videt. Penthecoſtos em̄ grece quinquageſimꝰ latine dicit: preterea poſt feſtū penthecoſtes prima dñica feſtū Trinitatis poſt quod etiam mox quinta feria feſtiuitas Corpis chriſti celebrat. Aduentus dñi ſemp incipit dñica poſt feſtū Lini iuxta metrū illud. Aduentus dñi ſequitur ſolennia Lini/ Feſtū aūt Lini agit. 26. die Nouembris.
¶ Vel Septuageſimam etiam hijs verſibus facile quouis Anno inuenies. qua inuenta reliqua feſta mobilia tandem per ſuperiorem doctrinam facile inuenientur.

A feſto ſtelle que ſit noua luna require/
Tertia lux domini poſt ſeptuageſima fiet
Si cadit in lucem domini tunc ſume ſequentem

## C. viij. de forma celi ⁊ ordine ſpherarꝫ

Rotunda nobilior ex Mathematicis datur
Figura/ huic ſimilem aſſumpſit ſibi mundus.
Vt a quacunqꝫ parte fluxum producat equalem
Duas precipue notas poſſidet regiones.
Corruptibilem enim diſtinguit ab eterna
Ecce ꝙ̄ pulchre incorruptibilem ſpheris ornat

Empirreum ſummam fixe tenet dei ſedem
Nouum ſimplici curſu colligit alios ei
Sidus circuit in trigintſex milleqꝫ girum
Saturnus ſpheram annos per triginta reuoluit
Juppiter duodecim. Mars complet binos annos
Sol princeps inter alios curſum anni docet
Venus ac Mercurius tot complet quaſi dies
Infimam luna tenens menſem ſibi aſſumit

¶ Pro declaratione. Mūdus habet figurā diſpoſitā ad modū nobilioris figure/que rotundā formā cōtinet/ vt probāt oēs mathematici. Et eo aūt nobilis eſt: qꝛ omiū figurarū iſoperimentrarū eſt capaciſſima et qꝛ mūdꝰ mlta ꝑtinet/ideo talis figura cōmoda fuit. Nūc aūt diuidit̄ mūdus principali diuiſione in duas ꝑtes ſiue regiones. ſcꝫ. in ethereā ⁊ elemētarē. Etherea: que ⁊ celeſtis eſt: ⁊ a philoſophis qnta nuncupat̄ eſſentia habet primo ſupremū celū videlicet Empirreum: ⁊ illud immobile eſt/in quo electi cū deo exiſtūt. Deinde primū mobile: quo( vt textui ſatiſfacit )nona ſphera appellari poteſt: quāqꝫ Neoterici Aſtronomie obſeruatores id ſcꝫ. primū mobile/decimaꝫ velint eſſe ſpherā: et in ſpacio diei naturalis motū ſuū circa terrā cōplet/ab oriēte in occidētē rapiēs ſecū oēs inferiores ſpheras celeſtes Octaua ſuccedit ſphera/que celū ſtellatū ſiue firmamentū recte dicit̄ habet em̄ oēs in ſe ſtellas preter quinqꝫ planetas/⁊ duo luminaria: et motus eius ꝓprius: vt Ptho. refert. eſt ab occidēte in orientē. 100. fere annis gradu vno: totūqꝫ firmamentū motu iaꝫ dicto in. 36000. annorū reuoluit̄. Subſequit̄ Saturnus. curſum ſuū complēs annis 30. Jouis de hinc reuolutio fit annis. 12. Martis annis duobꝰ. Solis anno vno et ſic ferme Veneris. Mercuriiqꝫ circuitꝰ cōplent̄. Lune poſtremo curſus mēſe vno/ſiue diebꝰ. 27. horis. 8 determinatur. Planetarū etiā ordo hoc breui verſiculo facile memorat̄.

Poſt ſim ſum ſequitur vltima luna ſubeſt.

## ¶ Capitulum Nonum de quattuor Elementis.

Terra petens medium inter elementaqꝫ centrum
Ad figuram celi ſpheram ornauitqꝫ ſuam
Non quadratam ſed rotundam continet formam
Stelle in occaſum probant tendentes ab ortu

Proxima res maior/ea que longe videtur:
Non in ſtellis apparet vapor niſi reſiſtatur
Conuexum ſphere:circumſcribit concauum aque
Aquam aer:et ipſum ignis:hec elementa
Que quattuor eſſentie ſeu mortalium ſphere
A philoſophis edoctis probate ac vere

¶ Pro declaratiōe. Terra eſt in medio firmamenti/tanq̄ centrū in circulo/equaliter diſtās ex oībus ptibus celi in figura rotunda ſicut celū. Et hoc ꝓbat̄ p ſtellas:qꝛ ex oibus ptib⁹ a nobis in vna et eadē quātitate vident̄: qḋ nō eſſet.ſi terra ex vno loco magis ad celū appinquaret q̄ ex alio. Sed q ſtelle maioris quātitatis nobis apparēt exiſtētes in oriēte vel occidēte:hoc ꝓuenit ꝓpter mediū nō depuratū ſed p vapores eleuatos in ſpiſſatū:ſicut denarius ꝓiectus in aquā q maior in ea/q̄ extra ipām apparet. Sic ergo clare apparet terrā eſſe rotundā et in medio firmamēti locatā. nō quadratā nec planā exiſtētem/quia ſic nō equaliter ex oībus ptibus influxū reciperet/qꝛ angulus qui magis accederet ad firmamētū influxui magis ſubeſſet Sed qḋ nobis plana videt̄/ eſt nimia magnitudo ei⁹: quo ad aſpectū noſtrū:que tn̄ magnitudo ad firmamentū/ ſiue ad celū nulla eſt⁹ vel q̄ſi minimi pūcti ad maximū circulū/qꝛ minima ſtella in celo multo maior eſt q̄ tota terra.exceptis. Luna Venere ⁊ Mercurio/qui minores ſunt in quātitate q̄ ipa terra. Sol em̄ centieſſexageſſies (authore Alfragano/differētia. zz.) maior eſt tota terra:et ipa terra eſt frigida et ſicca:quā ſphera aque circūdat:certa ⁊ indeterminata pte excepta/ꝓpter conſeruationē vite animalium terreſtriū:que in aquis viuere nequeunt. Et aqua eſt frigida ⁊ humida:⁊ ſubtilius elementum q̄ terra. Aer inſup circūdat aquā/qui eſt calid⁹ ⁊ hūidus ⁊ ſubtilior q̄ aq̄ Ignis vltimo ſpherā aeris circuit:calidus ⁊ ſiccus eſt/ inter oīa elementa ſubtilius ⁊ nobilius. quā ſpherā Luna circūſcribit vt prius dictū eſt. Et dicunt̄ quattuor eſſentie ſeu mortaliū ſphere: quia omne ꝯpoſitum ex his vitā acquirēs p corruptionē mortalē ipam amittit ergo et iſte ſphere dicunt̄ generabiliū ⁊ corruptibiliū. Planetarū vero ⁊ ſtellarū ingenerabiliū ⁊ incorruptibiliū ſphere probant̄.

## Capitulum decimum De ſitu et motu firmamenti: atq̄ de Equinoctijs et ſolſticijs.

Mobile continue per binos cardines volat.
Supremus ad auſtrum nobis eterne occultus

Alter vrſam cuſtodit arcticus nuncupatus
Cingitur celum/chorruſcationiſqȝ zona
Que equat diem ac noctem in horis
Quam girus animalium per medium ſecat
Principium arietis ac libre teſtificantur /
Recedit ab equinoctio ad noctem caput cancri
Ad meridiem caper bis ſolſticia dantur
Hec quattuor preſcripta cardinalia ſigna
Ordo ſignorum talis in celis notatus .
Eſt aries : taurus : gemini : cancer : leo : virgo :
Libraqȝ : ſcorpius : arcitenens : caper : anphora : piſces
Sub quibus erratice/necnon fixe notantur
Indies dantes obuiam inuicem aſpicientes
Ex quorum continue aura periclitatur
Nunc tendit ad pluuiam : ventum : aut claritatem/

¶ Pro declaratiōe. Primū mobile/ſiue celū nonū cōtinue ꝛ regulari
ter ab oriēte in occidentē mouet᷑/ſuꝑ duos polos mūdi ſcȝ.arcticum
ꝛ antarcticū in vigintiquatuor horis ſemel reuolutionē faciēs.Arcti
cus quidē polus eſt ꝓpe extremā ſtellā in cauda vrſe minoris. ꝛ ille
nobis ſemꝑ apparet/ꝛ ſtelle ſimiliter in ꝓpinquo ſecū exiſtētes.Sed
antarcticus quaſi oppoſitus arctico eſt ꝑpetuo nobis occultus: ſur
ſum tamē ea pars celi dicit᷑/qua polus ille antarcticus ſplēdeſcit: de
orſum vero celi vbi noſter eſt polus arcticus: deinde autoritate phi-
loſophi ſecūdo celi:oriēs dextrū:occidēs vero ſiniſtrū: nō quidē ſine
ratiōe dici merent᷑:ſicqȝ meridies ante ſeptētrio retro vocabit᷑. Ab eiſ
dem polis dictis diſtat quidā circulus ex oībus ꝑtibus equaliter ꝑ
90.gradus:qui cingulus primi mobilis vel equinoctialis dicit᷑: quē
circulū orbis ſignoꝝ ſiue zodiacꝰ in duobꝰ locis ſecat ſcȝ. apud prin
cipium arietis ꝛ principiū libre ꝛ vna medietas zodiaci tēdit verſus
ſeptentrionē in qua hec ſigna exiſtūt. Aries. Taurꝰ. Gemini. Cancer
Leo. Virgo. que ſigna ſeptētrionalia dicunt᷑: ꝛ principiū Cancri ma
xime videlicet ꝑ.24. fere gradꝰ ab equinoctiali remouet᷑/alia vero ſi
gna ſecundū minorē diſtantiā. Alia aūt medietas zodiaci verſus me

ridie͂ tendit:in qua ſunt hec ſigna.Scorpio.Sagittarius.Capricor-
nus.Aquariꝰ:ꝛ Piſces:que meridionalia dicunt͛:ꝛ tantū principiū
Capricorni diſtat verſus meridie͂ quantū principiū cancri: qꝛ ſimul
opponunt͛. Dicunt͛ aute͂ hec quattuoꝛ ſigna cardinalia ſicut Aries.
Cancer:Libꝛa:Capricornꝰ/quaſi pꝛincipalia : quia Sol ꝑ ingreſſuꝫ
ad ea quattuoꝛ anni tꝑa inchoat. Alia vero ex his ſignis minꝰ prin-
cipalia dicunt͛. Et ſub his duodecim ſignis planete ꝛ ſtelle fixe ab oc
cide͂te in oriente͂ mouent͛: ꝛ indies inter ſe vario errantiū acceſſu im
pulſu/aut radioꝝ co͂iectu extimulant͛:auraq̄ꝫ ſcd͂m radioꝝ naturam
immutant ꝛ alterant/qualiter ſentimus in ſucculis ꝛ pleiadibus ꝛc.
dum Luna vel alius planeta acceſerit.

## Capitulum vndecimum de aſpectibus.

Planetarum : et de Eclipſibus Solis et Lune.

Applicationes quinqꝫ ſunt erraticarum
Pꝛima coniunctio/in ſigno vno et gradu datur
Sextili per duo ſigna : quarto per tria diſtant.
Terno per quattuoꝛ oppoſiti ſeptimum notant
Linea ſub.Ecleptica ſolis rota cauſatur
Quam ecentricus Lune partes ad duas ſcindit
Interſectio caput/altera cauda vocatur
Ad quas ſectiones dum Luna iungitur Soli
Obfuſcat radios Solis conſpectui noſtro
Et hinc Eclipſim patitur Sol:non luce carens
Totus ſi niger non dicetur vniuerſalis
Cauſat coꝛpus maius terra : Luneqꝫ minus
In his cum Luna plena dat nigredinem ex ſe
Vmbꝛa enim terre radios impedit Solares
Vt non illuminent ſi fuerit Luna totalis
Nam caret lumine/eſt ergo mundo vniuerſalis.

¶ Pꝛo declaratio͂e. Quinqꝫ ſunt aſpectꝰ planetarū. Primꝰ eſt co͂iun
ctio:qn͂ duo planete ſimul in vno ſigno/ꝛ vno gradu co͂iunguntur.
Scd͂us eſt aſpectꝰ ſextilis/qn͂ diſtant a ſe inuice͂ ꝑ.60.gradus/ ſiue ꝑ

duo ſigna. Tercius eſt aſpectꝰ quartꝰ/qñ a ſe inuicē diſtāt ꝑ.90. gra
dus: vel ꝑ tria ſigna. Quartus aſpectꝰ eſt trinꝰ: qñ a ſe inuicē diſtāt ꝑ
120. gradus vel ꝑ quattuoꝛ ſigna. Quintus aūt aſpectus ſiue appli
catio eſt oppoſitio: fit aūt quādo a ſe inuicem diſtant ꝑ.180. gradus
ſiue ꝑ ſex integra ſigna. Eſt aūt ſciendū vlteriꝰ/ꝙ zodiacꝰ ſecundū la
titudinem diuidit ꝑ mediū: que diuidēs linea ecliptica appellatur: et
ſemꝑ ſub ea Sol mouet. Luna aūt ſemꝑ eſt extra eandē lineā: niſi cū
fuerit cū capite dracōis/aut cauda/ q duo loca ſunt īterſectiōes duo
rum dictoꝝ circuloꝝ: ſcz. deferētis Lune et eclipticę. Cū ergo fuerit cō
iunctio Solis ⁊ Lune circa caput vel caudā: tūc cōmuniter genera
tur eclipſis Solis. Et hoc totaliter: qꝛ tunc Luna interponit/ que eſt
ꝓpinquioꝛ terre ꝗ̄ ſol: inter aſpectū nr̄m ⁊ radios ſolares. Et talis
eclipſis/ſi fuerit totalis/nō eſt totalis vel vniuerſalis in toto oꝛbe. Et
ratio eſt: qꝛ Sol ex tali eclipſatione nō ꝑdit lumē: ergo ad ꝓuincias
extremales verſus meridiē vel ſeptentrionē radios ſuos pꝛoijcit. Sz
cū fuerit eoꝝ oppoſitio in his locis: tūc vt in plurimū Luna eclipſat
et hoc ꝓpter poſitionē terre inter lunam ⁊ radios ſolares: qm̄ Luna
caret lumine pꝛopꝛio: ſed id quod habet lumen ex Sole recipit: ergo
cū aliqđ venerit obſtaculū/ſicut vmbꝛa terre/tūc neceſſariū eſt ipam
eclipſari/vel totā/vł aliquā eius ꝑtem/ ⁊ hinc eſt ꝙ ſub ea quātitate
qua nobis luna apparet eclipſata/ſub eadē oībus alijs regionibus
eodēꝗ; tpe apparet qđ in ſole (vt ſupꝛa dictū) minīe fieri aduertimꝰ.

## ¶ Capitulum duodecimum de motu Solis.

Tur. gre. arietem. ſtis. o. taurum: pin. ne. geminoſꝗ;:

Bar. ce. cancrum. mar. gar. leone: hyp: eu. virginitate

Cin. crux. libꝛam: col. cal.. ſcoꝛpionem: ſagittarius: tin. bric.

Al. ma. capꝛum: ven di. aquarium: ap. ſco. la. piſces

Sillabe he introitum in ſigna ſolis dicunt.

Motum ſolis alicuius diei ſi ſcire cupis.

Numerus a pꝛeſcripta ſillaba gradum monſtrat.

¶ Pro declaratione nota. Motus Solis taliter ꝓcedit / ꝙ omī die
gradū fere vnū ꝑtranſit. Et in diebꝰ pꝛeſcriptaꝝ ſillabaꝝ introitus in
ſigna zodiaci ipius exiſtit: ita ꝙ in illa ſillaba Tur ingredit ſol arietē
et in illa ſillaba eſt in pꝛimo gradu arietis Gre in ſcđo gradu arietis
ri in tercio arietis gradu ⁊c. Et ergo quotiēs ſcire motū Solis deſi
deras: ꝯſidera ſillabā precedentē ꝓrimā in his metris in diſtātia nu
merali/ad ſillabā tui diei ꝓpoſiti: ⁊ quot intermedie ſillabe cū dictis
fuerint/tot gradus ſigni illius erūt, in quo Solē queris. Verbi gratia

In illa ſillaba nat go:⁊c.ſi motū ſolis ſcire cupis:prima ſillaba immediate in metris precedens eſt eu.circa quā eſt virgo:⁊ nat eſt.25. ab ea ergo ipſo die Sol eſt in.25.gradu virginis.

¶ Capitulum tredecimum de motu Lune.

Ci bi.mat.cta.ſan.ius.ni.ben.aff.um.re.ſi kat.mas:

In preſcriptis ſillabis radix iniciatur

Signi Lune facies initium capit anni.

Numera ad propoſitam ſillabam tue diei

Signa ordinatim a radice iniciando

Aquea tripla: cetera in numerando dupla:

Circulum iterum cum exibant renumerentur.

A chriſto milleſimo quingen/natiuitate

Atq; duodecimo: facies prima cancri nota

Radicem ex his declarent anni futuri.

¶ Pro declaratiōe ſciendū/Qd in primo metro ponunt ſillabe dierū ſup quib⁹ radix ſigni lune inchoat.Et ab eadē radice inchoādo primo numerent ſillabe ad aliquē ꝓpoſitū tibi diē:⁊ in hoc a ꝓxima ſillaba que in metro eandē precedit. Habito numero ſillabarū in digitis:numerent etiā ⁊ ſigna in iuncturis digitorū a radice inchoādo ſecundū ordinē eorū.ita tn̄ ꝙ ſigna aquea triplent/ſicut Cancer:Scorpio:⁊ Piſces:⁊ alia duplent/⁊ ſic numerādo in iūctura tui digiti ꝓpoſiti inuenies ſignū Lune/⁊ vtrū ſit prima eius facies/ ſecūda/ aut tercia.Gra exempli. Anno.1512.in illa ſillaba crux/cū vo uero ſcire motū Lune/aſpicio ad metrū videlicet ad ſillabā que p̄cedit iam dictā:⁊ ipa eſt um. Nūc numerādo ab illa ſillaba vſq; ad ſillabā crux vt ſic: um: ſep: ba.⁊c.⁊ ſunt.11.ſillabe.ergo iam in iſtis iūcturis numerabo facies ſignorū: ⁊ hoc initiū a radice accipiēdo. Et quia anno predicto prima facies Cancri eſt radix. Nunc ab ea iniciando ſic Cancer.can.can.Leo.leo.Virg.virg.Lib.lib. Scorp. ſcorp. ergo in die crucis lunā erit in ſecūda facie Scorpionis. Et radices ſignorū Lune.ꝑ alijs annis taliter manifeſtabunt tibi. Numera ſillabas poſterioris Decēbris incipiēdo ſcꝫ.Mas:vt ſic Mas:mo:do:nat: ſteff. io.pu:tho:me:ſil:Ci.ipam ſillabā.Ci primā noui anni includēdo: et ſunt.11. Numerabo ergo a radice.anni alicui⁹ ꝓpoſiti. Sit exempli gracia.1512. vſq; ad ſillabā primā anni ſcilicet Ci.et venit. 2. facies Scorpionis.que eſt radix anni 1513.Et hoc modo radix anni.1514 erit. 3. facies Piſcium:et anni.1515. prima facies Leonis.

Motus Lune his duobus verſiculis penſiculatiꝰ inueniri poterit.

Etatem Lune dupla poſt addito quinqꝫ

Quinqꝫ dabis ſigno quo Lune cepit origo.

¶ Declaratio: In quo ſigno/graduqꝫ. Luna noua fiat: ex loco ſolis die nouilunij p̄ 12. ⁊ 14. capitula diligēter querito. dehinc etatē lūe. i. quot dies ſunt a nouolūio vſqꝫ ad diē tuū ꝓpoſitū numerato: ⁊ hūc dierū numeꝝ duplato: poſt duplationē quinqꝫ addito. Cōſidera poſtremo quoties quinqꝫ in p̄fato nūero habere poſſis: tot em̄ ſigna luna ipa a nouilunij ſigno p̄ambulauit/et ſi que vnitates infra ſcꝫ quinarij numeꝝ remāſerint: loco cuiuſqꝫ vnitatis ſex in gradibꝰ addere poteris et ſatis cōmode habebis locū lune in zodiaco. Exēpli gracia volo ſcire locū Lūe ad. 6. diē Februarij. anno. 1. 5. 12. inueni cōiunctionem ꝑxime p̄teritā. 18 Januarij ſole octauū fere gradū aquarij poſſidēte. Etas lune/id eſt/a nouilunio vſqꝫ ad diē ꝓpoſitū ſcꝫ. 6. Februarij eſt. 19. dieꝝ duplo/⁊ erūt. 38. dies/quibꝰ addo quīqꝫ ⁊ erūt. 43. In hijs habeo octies quīqꝫ/ergo luna pagrauit. 8. ſigna. ſ. Aquariū: Piſces: Arietē: Taurū: Geminos: Cancrū: Leonē: Virginē: Et quia remanſerunt ad huc tria: addo ter ſex in gradibus/et erunt. 18. gradus Inuenio igit̄ lunam. 6. die Februarij circa. 18. gradum libre. Ad hec quid cōmode negotiari liceat dum Luna in illo / vel altero ſigno reperta fuerit: hec ſubſcripta tabella breuiſſima aperit: littera quidem b. in ea bonum opus. o. malum. m: mediocre ſignificat.

| | Ari. | tau. | ge. | can. | leo. | vir. | lib. | ſcor. | ſag. | ca. | aq̄. | pi. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ad domos alienas ſe conferre. | o | b | o | o | b | m | o | b | m | o | b | m |
| Iter facere. | b | m | o | b | o | m | b | o | m | b | m | m |
| Emere vel vēdere | m | b | o | o | b | m | b | o | b | o | m | b |
| Medicinas laxatiuas ſumere. | o | o | o | b | o | o | b | b | o | o | b | b |
| Domos edificare | o | b | o | o | b | m | o | o | m | b | b | m |
| Balneare. | b | m | o | b | b | o | b | m | b | o | m | b |
| Sanguinem minuere. | b | o | o | b | o | o | b | m | b | o | b | b |
| Crines abſcīdere | o | o | o | b | o | o | b | o | b | o | m | b |
| Veſtes induere. | b | o | o | b | o | m | b | o | b | o | o | b |
| Seminare et plātare. | o | b | o | b | o | b | b | o | o | b | b | m |
| Laborare p̄ ignē. | b | o | m | o | b | o | m | m | b | m | o | o |

¶ Quot horis Luna quauis nocte ſupra noſtrum hemiſpherium lu-
ceat: hec tabella (etate Lune precognita) facile commonſtrat.

¶ Per dies Etas Lune.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | 30 | 0 | 48 |
| 2 | 29 | 1 | 36 |
| 3 | 28 | 2 | 24 |
| 4 | 27 | 3 | 12 |
| 5 | 26 | 4 | 0 |
| 6 | 25 | 4 | 48 |
| 7 | 24 | 5 | 36 |
| 8 | 23 | 6 | 24 |
| 9 | 22 | 7 | 12 |
| 10 | 21 | 8 | 0 |
| 11 | 20 | 8 | 48 |
| 12 | 19 | 9 | 36 |
| 13 | 18 | 10 | 24 |
| 14 | 17 | 11 | 12 |
| 15 | 16 | 12 | 0 |
| ¶ Sero | ¶ Mane | ¶ Hore | ¶ Minute |

## ¶ Capitulū decimūquartū de cōiunctiōne et oppoſitione Solis et Lune

3
1 2 4 6 5 9
Nod. Octo. vigintſep. ſed. quinq3: vigintin[illegible]a.
7 8 9 10 11 12 13
Tred. duo. vingintiunum. decem. vigintino. octde. ſeptem
14 15 16 17 18 19
Vigintiſex. quind. quattuor vigintdu. vnd. triginta
Decemnouem numerum complet aureum tot et hec dictiones
Et harum numerus aureum ciclum manifeſtat.
Et de ſe diei numerum in quo luna nouatur
Primo: que et radix anni. totius aſſurgit

¶ C

Cum horas duode: lunam ſequentem habebis:

Dies quindecim adde lunam accipe plenam.

¶ Pro declaratione nota. Quod in primis tribus verſibus ſunt. 19. dictiões: vbi vna queuis numerũ alicui⁹ diei meſis Januarij notat: vt nod ſignificat decimũnonũ die Januarij. octo octauũ die Januarij Extendit aũt aure⁹ numer⁹ ad. 19. annos: et ſic vna queuis dictio ſeruit ꝓ aureo numero: vt nod deſeruit qñ vnũ habem⁹ ꝓ aureo nũero octo qñ duo: vigintſep. qñ tria. ꝛc. oſtendũt ergo primã cõiunctiones que eſt in Januario. Que eſt radix ad omnes alias coniũctiones eiuſdem anni Exempli grã Anno. 1 5 12. volo ſcire cõiunctiões: aſpitio aureum numeꝝ: ꝛ inuenio. 12. ꝓ aureo numero. ergo duodecima dictõ in ordine metri oſtẽdit mihi diẽ cõiunctiõis: et eſt octde. id eſt. decẽ et octo. Jtẽ anno ſaluatoris nr̃i. 1 5 13: aureus numer⁹ eſt. 13 ergo terciadecima dictio oſtẽdet mihi diẽ prime cõiunctiõis. ꝛ eſt ſeptẽ: hoc eſt ſeptima die Januarij eſt prima cõiunctio illi⁹. ſcꝫ anni tredecimi ſupra ſeſquimilleſimũ. Si aũt ſeqñtes ꝯiũctiõis habere voluero: addo ſp ad vnãquanqꝫ. 29. dies ꝛ. 12. horas. Si vero oppoſitiõꝫ: tũc ad quãlibet cõiunctionẽ addo 15. dies Numeꝝ aũt dieꝝ ſm Ciſio ian⁹. accipio.

# Capi. quindecimũ de initijs mẽſium

| a | d | d | g | b | e | g | c | f | a | d | f |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ja: | fe: | mar: | ap: | ma: | ium: | iul: | aug: | ſep: | oc: | no: | de: |

A: dam: de: ge: bat: er: ga: ci: fos: a: dri: feꝝ:

Aprilis: iunius: ſeptember atqꝫ nouember

Hij triginta habent: vnum reliqui ſupperaddunt/

Februarius vigint inſuper octoqꝫ dies

¶ Pro declaratione. Sillabe in primo verſu initia nominum duodecim menſium notant: vt ia ianuariũ: fe februariũ ꝛc. Secundus verſus ferias ad primum diem cuiuſuis menſis. Alij numerant dies quot vnuſquiſqꝫ menſis habet viſualis.

# Ca. xvi. de Kalẽdis nonis ꝛ Jdibus

Tradens: quando: reficis: ſedule refugium: ſcandis:

Ruffus: tandem: ſcandere. refutans: ſodalem: tondere:

Octo tenet Jdus menſis generaliter omnis.

¶ Ad inueniendum Calendas. Nonas ⁊ Jdus cuiuſlibet menſis ſcire debes. Q in metris preſcriptis. 12. ſunt dictiones. 12. menſibus anni deſeruientes: ita q tradens Januario: quando februario: et ſic de alijs. Jn quibus dictionibus debent ſolū cōſiderari prime due litere primarum duarum ſillabarum ita q prima littera deſeruiat Calendis: ſecunda nonis/ ita ſcꝫ. quotq a prima littera in ordine alphabeti fuerit/ tot talis menſis Calendis habet: ſic et Nonas littere ſecūde ſillabe notat. Sed ꝓ Jdibus eſt vnus modus: quia in oībus mēſibus octo. Et ad inueniendū predicta ſcias. Q ſemper prima dies cuiuſlibet menſis dicitur Calende per ſe. Poſt hoc ſequunt None et ſi menſis aliquis habet. 4. Nonas: dicas q̄to nonas/ deinde tercio nonas/ deinde pridie nonas/ et poſtmodū dicas none per ſe. Deinde poſt nonas in omnibus menſibus ſequunt Jdus/ et dictas octauo idus: ſeptimo idus: ſexto idus ⁊c. vltimo idus per ſe/ Poſt Jdus ſequūtur kalende: et dicas: ſi menſis aliquis habet. 19. kalendas: decimonono kalendas: decimooctauo kalendas: decimoſeptimo kalendas: decimoſexto kalendas ⁊c.

¶ Nota ad inueniendum aliquam diem/ an ſit kalende/ an none/ vel idus numero primo Ciſioianū vſq ad illū diem/ poſtea operare vt ſupra dictum eſt. Jtem None et Jdus ſunt illius menſis in quo ſtant: ſed kalende ſunt ſemp ſequentis menſis/ et ab ipſo denominant niſi kalende per ſe ſunt illius menſis in quo ponuntur.

## Capitulum decimumſeptimū. De initijs quattuor temporum anni.

Annum diſcerne per partes ſuntq quaterne
Ver Petro detur: eſtas exinde ſequetur
Hanc dabit Vrbanus: autumnum Simphorianus
Feſtum Clementis hyemis caput eſt orientis.

¶ Nota in his verſibus ſecundum regulam vulgarium habentur inicia quattuor tempoꝝ anni. Ab Aſtrologorum aūt dicta tunc ver iniciatur: cum Sol arietem eſtas cancrū: autūnus libram: et hyems capricornum intrat. ¶ Nota. 12. ſunt ſigna. ⁊ illorū tria ſemp nam quartā anni conſtituūt. Nam Aries: Taurus: Gemini ver conſtituunt. Cancer: Virgo: Leo. Eſtatē: Libra: Scorpio: Sagittarius: Autūnum. Capricornꝰ: Aquarius: Piſces. Hyemem. Et he quattuor anni partes. quattuor retinēt angarias id eſt. quattuor Jeiunia anni. in ſequenti dicetur capitulo.

# Capitulum decimumnoctauū et vltimū de Angarijs quattuor tempoꝝ.

Feriam temporum affectant jeiunia quartam.

Cinerem: et que Luciam: ſpiritum ſequitur crucem.

¶ Pro declaratione eſt ſciendum. Q in quartis ferijs proximis poſt feſta preſcripta: ſcilicet poſt diem exaltationis ſancte crucis. Lucie: Cinerum: et Penthecoſtes. jeiunia quattuor temporum ieiunantur. Et ſi aliquod predictorum feſtorum ceciderit in quartam feriam quartam poſtpone: et ieiunio ſequentem. Et eccleſia inſtituit ieiunia quattuor temporum. Primum in vere ideo: quia ſicut tunc omnia virent et florent: ita etiā in nobis virere debent opera virtutū: ⁊ ſupplantari motus carnales qui tunc magis fortes ſunt in homine. Secundum in eſtate: vt ſimus vere feruētes in charitate dei. Tertium in autumno: vt in nobis fructus bonorum operum fructificent. Quartum in hyeme ideo/quia ſicut tunc folia fluunt de arboribus et herbe moriuntur: ita ⁊ in nobis moriantur vicia et ſuperfluitates: nobis coadiuuante: cui ſoli peccata dimittere datum eſt.

De Angarijs etiā illi duo rithmi memorie cōmendari ſolent.

Vult crux lucia/cinerum/chariſmata ſancta
Vt ſit in angaria quarta ſequens feria.

# Banon.

¶ In tabula ſub ſequenti circa vnūquemqꝫ diem menſis duplex numerorum ſpecies offertur. prima horas: ſecunda minuta diurne quātitatis indicat. Sed ſi quis nocturnā quantitatē habere deſiderauerit: prefatos quantitatis diurne numeros: de 24. ſubtrahat: et relictum nocturnam quantitatem plane oſtēdit. Porro ſemidiurni temporis quātitas indicat qua hora Sol occidit/ſicut et ſeminoctium tempus ortum ſolis declarat.

# Tabula de longitudine dierũ noctiũ-

qꝫ d. tempore ortus occaſuſue Solis / ꝓ latitudine graduũ 48. diligentiſſime ſupputata.

| Januarius. | | | Februarius. | | | Marcius. | | | Aprilis | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Dies | ho. | mi. | dies | ho. | mi. | dies | ho. | mi. | dies | ho. | mi. |
| Ci | 8 | 45 | Bri | 9 | 47 | Mar | 11 | 28 | A | 13 | 14 |
| ſi | 8 | 28 | pur | 9 | 51 | ci | 11 | 31 | pril | 13 | 17 |
| o | 8 | 30 | blaſ | 9 | 56 | kun | 11 | 34 | m | 13 | 20 |
| ia | 8 | 32 | us | 9 | 59 | a | 11 | 38 | am | 13 | 24 |
| nus | 8 | 34 | ag | 10 | 0 | dri | 11 | 42 | bro | 13 | 27 |
| ep | 8 | 36 | dor | 10 | 6 | an | 11 | 46 | ti | 13 | 30 |
| val | 8 | 38 | te | 10 | 10 | per | 11 | 50 | i | 13 | 34 |
| er | 8 | 40 | bru | 10 | 13 | de | 11 | 54 | feſt | 13 | 37 |
| bard | 8 | 43 | ep | 10 | 16 | co | 11 | 57 | is | 13 | 40 |
| ven | 8 | 46 | ſco | 10 | 19 | ra | 12 | 0 | o | 13 | 44 |
| di | 8 | 48 | laſ | 10 | 22 | tur | 12 | 3 | vat | 13 | 47 |
| cat | 8 | 50 | ñ | 10 | 26 | gre | 12 | 6 | at | 13 | 50 |
| oc | 8 | 52 | ca | 10 | 29 | go | 12 | 10 | qꝫ | 13 | 54 |
| fe | 8 | 54 | va | 10 | 32 | ri | 12 | 14 | Ci | 13 | 57 |
| li | 8 | 57 | lent | 10 | 36 | o | 12 | 18 | bur | 13 | 59 |
| mar | 9 | 0 | iu | 10 | 39 | cir | 12 | 22 | ti | 0 | 1 |
| an | 9 | 2 | li | 10 | 14 | ger | 12 | 25 | ꝛ | 14 | 4 |
| priſ | 9 | 4 | con | 10 | 47 | trud | 12 | 29 | va | 14 | 7 |
| ca | 9 | 7 | iun | 10 | 49 | al | 12 | 32 | ler | 14 | 10 |
| fab | 9 | 19 | ge | 10 | 52 | ba | 12 | 35 | ſan | 14 | 14 |
| ag | 9 | 13 | tũc | 10 | 56 | be | 12 | 38 | cti | 14 | 17 |
| vin | 9 | 15 | pe | 11 | 0 | ne | 12 | 42 | quo | 14 | 20 |
| cen | 9 | 18 | trum | 11 | 4 | ſunc | 12 | 45 | qꝫ | 14 | 24 |
| ti | 9 | 21 | mat | 11 | 8 | ta | 12 | 49 | Ge | 14 | 27 |
| pau | 9 | 24 | thi | 11 | 11 | ma | 12 | 52 | mar | 14 | 30 |
| po | 9 | 26 | am | 11 | 14 | ri | 12 | 56 | ci | 14 | 34 |
| no | 9 | 29 | in | 11 | 18 | a | 13 | 0 | qꝫ | 14 | 37 |
| bi | 9 | 32 | de | 11 | 25 | ge | 13 | 4 | vi | 14 | 40 |
| le | 9 | 36 | | | | ni | 13 | 7 | ta | 14 | 42 |
| lu | 9 | 39 | | | | tri | 13 | 10 | lis | 14 | 45 |
| wen | 9 | 42 | | | | ce | 13 | 14 | | | |

Januarius Februarius Martius Aprilis

# Tabula quantitatis dierum pro latitudine graduum. 48.

| Maius. | | | Junius. | | | Julius. | | | Auguſtus. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Dies | ho. | mi. | dies | ho. | mi. | dies | ho. | mi. | dies | ho. | mi. |
| Phi | 14 | 48 | Nic | 15 | 46 | Jul | 15 | 36 | Pe | 14 | 24 |
| ſig | 14 | 50 | mar | 15 | 47 | pro | 15 | 35 | ſteff | 14 | 21 |
| crux | 14 | 52 | e | 15 | 48 | ceſſ | 15 | 33 | ſteff | 14 | 18 |
| flor | 14 | 55 | ras | 15 | 49 | v | 15 | 32 | proth | 14 | 16 |
| got | 14 | 58 | bo | 15 | 50 | dal | 15 | 30 | oſ | 14 | 14 |
| Jo | 15 | 0 | ni | 15 | 50 | oc | 15 | 28 | ſixt | 14 | 11 |
| an | 15 | 3 | fat | 15 | 51 | Wil | 15 | 26 | aff | 14 | 7 |
| la | 15 | 6 | iun | 15 | 51 | ki | 15 | 25 | ci | 14 | 4 |
| tin | 15 | 7 | pri | 15 | 52 | li | 15 | 23 | ro | 13 | 0 |
| ne | 15 | 9 | mi | 15 | 52 | fra | 15 | 21 | Lau | 13 | 57 |
| pi | 15 | 11 | bar | 15 | 52 | ben | 15 | 20 | ti | 13 | 54 |
| ne | 15 | 12 | ce | 15 | 52 | mar | 15 | 17 | bur | 13 | 51 |
| ſer | 15 | 14 | ri | 15 | 52 | bain | 15 | 14 | hyp | 13 | 47 |
| et | 15 | 17 | ni | 15 | 52 | ri | 15 | 12 | eu | 13 | 44 |
| ſoph | 15 | 20 | vi | 15 | 52 | ap | 15 | 10 | Sūp | 13 | 41 |
| ma | 15 | 22 | te | 15 | 51 | poſt | 15 | 8 | ti | 13 | 37 |
| ius | 15 | 24 | cꝫ | 15 | 51 | al | 15 | 6 | o | 13 | 34 |
| in | 15 | 26 | mar | 15 | 50 | ar | 15 | 3 | a | 13 | 31 |
| bac | 15 | 28 | pro | 15 | 50 | nol | 14 | 0 | ga | 13 | 27 |
| ſe | 15 | 30 | thas | 15 | 49 | phus | 14 | 58 | bern | 13 | 24 |
| ri | 15 | 32 | alb | 15 | 49 | brax | 14 | 56 | bar | 13 | 21 |
| be | 15 | 33 | acb | 15 | 48 | mag | 14 | 53 | thi | 13 | 17 |
| te | 15 | 35 | a | 15 | 47 | app | 14 | 50 | mo | 13 | 14 |
| net | 15 | 36 | Jo | 15 | 45 | criſ | 14 | 48 | Bar | 13 | 11 |
| Ur | 15 | 37 | an | 15 | 44 | Jac | 14 | 45 | tho | 13 | 7 |
| ba | 15 | 39 | Jo | 15 | 43 | an | 14 | 42 | lo | 13 | 4 |
| ni | 15 | 40 | dor | 15 | 41 | mar | 14 | 39 | ruff | 13 | 0 |
| pe | 15 | 41 | le | 15 | 40 | pan | 14 | 36 | aug | 12 | 56 |
| de | 15 | 42 | Pe | 15 | 38 | ſim | 14 | 34 | col | 12 | 52 |
| criſ | 15 | 43 | paul | 15 | 37 | ab | 14 | 31 | auc | 12 | 49 |
| pe | 15 | 44 | | | | don | 14 | 27 | ti | 12 | 45 |

# Tabula quantitatis dierum pro latitudine graduum. 48.

| September. | | | October. | | | Nouember. | | | December. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Dies | ho. | mi. | dies | ho. | mi. | dies | ho. | mi. | dies | ho. | mi |
| G | 12 | 42 | Re | 10 | 0 | Om | 9 | 18 | De | 8 | 14 |
| gi | 12 | 36 | mi | 10 | 56 | ne | 9 | 15 | cem | 8 | 13 |
| di | 12 | 39 | q3 | 10 | 53 | no | 9 | 12 | ber | 8 | 12 |
| um | 12 | 34 | fran | 10 | 49 | uem | 9 | 10 | bar | 8 | 12 |
| ſep | 12 | 32 | cis | 10 | 46 | ber | 9 | 8 | ba | 8 | 11 |
| ba | 12 | 29 | ci | 10 | 43 | le | 9 | 5 | ni | 8 | 10 |
| bet | 12 | 26 | mar | 10 | 40 | on | 9 | 2 | col | 8 | 9 |
| nat | 12 | 22 | cus | 10 | 36 | qua | 9 | 0 | con | 8 | 9 |
| gor | 12 | 18 | di | 10 | 33 | the | 8 | 57 | cep | 8 | 8 |
| gon | 12 | 14 | ger | 10 | 30 | o | 8 | 54 | ꝛ | 8 | 8 |
| pro | 12 | 10 | ar | 10 | 26 | mar | 8 | 52 | al | 8 | 8 |
| thi | 12 | 7 | te | 10 | 23 | tin | 8 | 50 | ma | 8 | 8 |
| q3 | 12 | 3 | col | 10 | 20 | bric | 8 | 48 | lu | 8 | 8 |
| crux | 12 | 0 | ca | 10 | 16 | ti | 8 | 44 | ci | 8 | 8 |
| nic | 11 | 57 | lix | 10 | 13 | us | 8 | 40 | a | 8 | 8 |
| eu | 11 | 53 | gal | 10 | 10 | ot | 8 | 38 | ſan | 8 | 8 |
| lam | 11 | 50 | le | 10 | 6 | poſt | 8 | 36 | ctus | 8 | 9 |
| per | 11 | 46 | lu | 10 | 3 | bec | 8 | 34 | ab | 8 | 10 |
| ti | 11 | 42 | cas | 9 | 0 | e | 8 | 32 | in | 8 | 10 |
| q3 | 11 | 38 | vel | 9 | 56 | li | 8 | 30 | de | 8 | 11 |
| math | 11 | 35 | vnd | 9 | 53 | pre | 8 | 28 | tho | 8 | 12 |
| mau | 11 | 31 | ſe | 9 | 50 | ce | 8 | 26 | mas | 8 | 13 |
| ri | 11 | 28 | ue | 9 | 46 | cle | 8 | 25 | mo | 8 | 15 |
| ru | 11 | 25 | ri | 9 | 43 | criſ | 8 | 24 | do | 8 | 16 |
| per | 11 | 22 | criſ | 6 | 40 | Cath | 8 | 22 | Mat | 8 | 17 |
| vir | 11 | 18 | ſan | 9 | 36 | con | 8 | 21 | ſteph | 8 | 19 |
| dam | 11 | 15 | ti | 9 | 33 | ra | 8 | 20 | jo | 8 | 20 |
| wentz | 11 | 11 | Si | 9 | 30 | di | 8 | 18 | pu | 8 | 22 |
| Mich | 11 | 8 | mo | 9 | 26 | ſat | 8 | 17 | tho | 8 | 28 |
| hier | 11 | 5 | mis | 9 | 23 | An | 8 | 16 | me | 8 | 26 |
| | | | wolff | 9 | 20 | | | | ſil | 8 | 28 |

UMC
LUBL

Astronomia

Iunio.
2. Systemata